AUTHOR:

SCHWABE, LUDWIG

TITLE:

LVDOVICVS SCHWABIVS CONIECTVRAS CATVLLIANAS

PLACE:

DORPATI LIVONORVM

DATE:

[1864]

Master Negative #

92-80461-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Schwabe, Ludwig von, 1835-1908.
Lvdovicvs Schwabivs Coniectvras Catvllianas praeposvit. Dorpati Livonorvm, I. A. Karowivs typis descripsit, [1864]
16 p. 30 cm.

At head of title: Indices scholarvm qvae ... in Vniversitate litterarvm Dorpatensi per semestre privs ... et per semestre altervm ... anni MDCCCLXIIII habebvntvr.

No. 9 of vol. of pamphlets.

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 2A REDUCTION RATIO: 16X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2/21/92 INITIALS TM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM


Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202














INDICES SCHOLARVM

QVAE

AVSPICIIS IMPERATORIS AVGVSTISSIMI

ALEXANDRI SECVNDI

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM

DORPATENSI

PER SEMESTRE PRIVS A DIE XX. M. IAN. AD DIEM VIIII. M. IVN.

ET

PER SEMESTRE ALTERVM A KAL. AVG. AD DIEM XVIIII. M. DEC.

ANNI MDCCCLXIIII

HABEBVNTVR.

LVDOVICVS SCHWABIVS CONIECTVRAS CATVLLIANAS PRAEPOSVIT.

DORPATI LIVONORVM

I. A. KAROWIVS TYPIS DESCRIPSIT.

Imprimatur
ex decreto senatus academici.

Dorpati pridie Id. Sept. a. MDCCCLXIV.
Nr. 237.

Dr. Bidder, Rector.

Indicibus scholarum per hunc annum in uniuersitate litterarum nostra habendarum cum non nulla a communibus, quae nunc uocantur magis quam sunt, litteris petita praeponere paramus, animum memoria uiri ultro subit eius cuius ante nos hoc prooemiandi officium fuit, memoria LVDOVICI MERCKLINII. quam tantum abest ut hinc remouendam ut censeamus ipso eo loco publice celebrandam esse quo ille uos, ciues, mandatu uniuersitatis nostrae saepe adlocutus est. quod utinam perfectam imaginem uiri illius egregii et ueritati proximam uobis proponere possem neue cum rebus aliis tum praecipue eo quod ipsum dum uiuebat Mercklinium nosse mihi non contigit prohiberer! uerum tamen narratione de Mercklinio explicata ecquid opus est eis coram apud quos uixit et quibus uixit? an nihilo minus peregrini uos indigere arbitremur laudatoris Mercklinii, quoniam, ut in prouerbio est, nisi extra patriam uiri inlustres non recte aestimari solent? neutrum profecto crimen uobis merito inputari licet. laudatione igitur longiore supersedentes pauca tantum, ne uiro meritissimo testificationem pietatis publicam hoc loco denegasse uideamur, dicemus: quae si uobis maximam partem cognita erunt, ciues, hoc non moleste feremus, quando quidem de uiro inlustri semel iterumque audire eos

iuuenes quibus arte benigna
et meliore luto finxit praecordia Titan

non tam pigebit quam iuuabit. sin autem de rebus non nullis non plane recte iudicauero, quod, etsi auctores omni fide dignissimos adhibui, tamen uix fieri potuit quin usu ueniret, uoluntatem uestram in Mercklinium propensam confido mihi non defuturam esse, qua prompte supplebuntur omissa, errata corrigentur.

Itaque ut ab eis quae uestra ipsorum caussa fecit ordiar, Mercklinius non prima quaeque sibi oblata sed uix optima quaeque studio magno elaborata discipulis satis bona esse arbitratus ipsi uos maxime scitis quam singularem in munere publico administrando fidem per uitam totam praestiterit. ut unam rem solam commemorem quam ipse quoque testari possum, quantam operam in museo quod uocant artium antiquarum academico ordinando augendo ad discentium rationes magis magisque adcommodando consumpsit! nonne Mercklinius gypsothecae, quam nouicio quidem sed breui nomine adpellare liceat, nostrae optimo iure dicendus est

auctor, quippe qui gypsis pretii nullius, quibus antea museum abundabat, remotis operum praestantissimorum sat multorum gypsea exempla optima ipse delectu in itineribus suis adcurate instituto undique conquireret? religionis autem qua officia inpleuit maximae quod maius quod sanctius documentum requiri potest quam uirum ualde miserandum aliquam diu, etsi iam morbi tetri ac perniciosi in dies ingrauescentis, quo moreretur in fatis fuit, molestiis cruciatus nisi uoce obtusa et saepe interrupta non uteretur, nullis tamen precibus moueri potuisse ut scholis habendis abstineret? cum uero tandem munus publicum abdicandum esse neque ullam ab artibus medicorum salutem sperari posse intellegeret, nihilo setius corporis malo quamuis urgente animum minime siuit frangi: sed ab litteris antiquis, quas comites per uitam ante actam fidas habuerat, solacia fomentaque dolorum ultimorum poscens et accipiens diem supremum sedate ac sine ulla querella expectauit. tanta constantia Mercklinius ingentem illam miseriam tulit. quam cogitans quis uestrum, ciues, consensu suo id adprobare dubitabit quod Seneca philosophus ad Heluiam matrem scripsit: 'ita adfecti sumus' inquit 'ut nihil aeque magnum apud nos admirationem occupet quam homo fortiter miser'?

Sed memoria mortis Mercklinii missa redeat oratio unde digressa est. Mercklinius summa morum et uitae seueritate fuit: parum in eo comitatis facilitatis hilaritatis: tristia austera taciturna omnia. at quorsum haec commemoramus? numquid ex tali indole hominis cuiusquam aestimatio potest fieri? uerum enim uero simplicitas honestas probitas — eae sunt uirtutes unde iudicium pendere oporteat. hae uero quantum Mercklinium nostrum ornauerunt! —

'Seueritatis' uocem ex nomine 'ueritatis' ductam esse, id quod grammatici aliquot et ueteres et recentes opinantur, quamuis falsum sit, Mercklinii tamen seueritas ueritatis ex amore integro atque incorrupto iure optimo dici potest originem traxisse. nam ueritati tam amicus quam qui maxime nec utilitatis uel commoditatis ratione habita nec offensionum euitandarum caussa a ueris aut ab eis quae pro ueris duxit (quis enim homo erroris expers esse potest?) transuersum ut aiunt digitum decessit. qui hoc suum ueritatis studium ipse clarissimo quodam testimonio confirmauit. namque in fine scriptiunculae ultimae, quam suo non iam corpore conpos paucis diebus ante mortem aliena manu amica adiutus conscripsit, uerba illa pulcerrima quibus consiliorum suorum et factorum rationem redderet adhibuit 'amicus Plato amicus Socrates, magis amica ueritas'.

Propter seueritatem illam fuerit sane primo cuique quaerenti aditus ad Mercklinium non ita facilis. at tamen si quis litterarum amore non uulgari illo et leuiter gustandi cupido sed sincero nec laboris strenui insueto se sibi probauisset, quam beneuole omni taciturnitate seposita tales iuuenes ad laudes in litteris adpetendas incitabat, quam lubenter quacumque ratione potuit eorum studia priuata quoque opera moderabatur.

Tantum de Mercklinii moribus. cuius de ingenio non nulla reliquum est addamus. qua de re ut breues esse possimus item uestra, ciues, memoria efficitur.

Namque uos, quibus huius rei copiam uarietas scholarum mercklinianarum dedit, praeter ceteros iudicium subtile atque doctrinam multiplicem adcuratamque cognoscere et admirari

poteratis, quibus Mercklinius multum excellens tam quaestiones inpeditissimas facile expediuit quam egregie inlustrauit res obscurissimas. quae ingenii tantae uirtutes cum etiam in libris quos uir ille edidit clarissime eluceant, quid ni apud exteros quoque non parauerit sibi insignem famam? is qui et antiquitatibus romanis, praecipue sacris tractandis operam fructuosissimam nauauit et de litteris romanis optime meritus est. praeterea ex hoc quaerendi campo lato, quem suum potissimum sibi uindicauerat, saepe euagatus etiam multa a reliquis litterarum antiquarum disciplinis petita maxima cum laude tractauit. ut permulta uel in actis philologorum uel in scholarum indicibus uniuersitatis nostrae uel alia oblata occasione edita omittamus, eorum tantum nominatim mentionem faciamus quae de Romanorum cooptatione de eorundem sacerdotiis, de Iunio Gracchano de Varrone de Gellio, de Talo atque risu sardonio de Venere Nemesi scripsit. hi libri uel libelli licet ad eorum tantum inter uos notitiam uenerint qui studiis litterarum antiquarum operam dantes plus quam uulgus sapere cupiunt, uniuersi tamen uos, ciues, quale Mercklinii ingenium fuerit facile aestimabitis illas recordati orationes, quas Mercklinius diebus uniuersitatis nostrae festis anniuersariis orator publice constitutus habuit. quarum plurimae cum arte typographi uulgatae sint, ueluti quas de orientis populis Graecorum magistris de statua Apollinis uaticana de litteris aestimandis de Carolo Morgensternio dixit, etiam ei qui Mercklinium orantem numquam audiuerunt summa rerum et uerborum copia uarietate elegantia, quibus eae conspicuae sunt, delectari possunt.

Talis fuit Mercklinius, quem praematura morte sibi ereptum esse haec uniuersitas diu lugebit, quem eundem in numero se suorum doctorum habuisse eadem gloriabitur semper. uos autem, iuuenes carissimi, quo promptius et inpensius Mercklinii amorem ueritatis non fucatum, religiosam in exequendis officiis fidem, adsiduitatem litteris iuuandis studiosam sequemini, eo melius et uiri illius inlustris memoriam sacram conseruabitis et uestris ipsi commodis consuletis.

His quibus Mercklinii memoriae omni qua par erat pietate satis facere uoluimus cum, ne hoc prooemium dote uetere more adprobata careat, ex litteris antiquis aliquid subicere in animo habemus, Catulli loci aliquot offeruntur qui ut difficillimi sunt, ita ad pertractationem inuitant longiorem. quam quia omnibus per temporis et loci angustias hasce non licet inpendere, de duobus tantum locis fusius, breuius de reliquis disputabimus.

Initium disserendi faciamus a duobus carminis quinquagesimi quinti uersibus emendandis. horum alter est uersus nonus. is qua ratione in archetypo olim ueronensi *) scriptus

*) Eis quae apud philologos Germaniae Misniam congressos anno proximo exposuimus (cf. acta gymn. austriac. 1863 p. 859—861 et Iahnii annal. 1864 LXXXX 89) demonstratum est Catulli codicem antiquum, unde libri manu scripti hodie superstites ad unum omnes deriuati sunt, intra lustra saeculi decimi quarti priora. et quidem ante annos MCCCXXVI uel MCCCXXX, Veronae repertum neque tamen ante lustrum decimum quintum, hoc est ante annum MCCCLXXV, nouis exemplis diuulgatum esse. quae tum de tempore quo liber catullianus ex recessu bibliothecae ueronensis prodierit statuimus nunc argumento nouo egregie confirmare licet, quod data hac commemorandi occasione silentio praeterire nolumus. namque iam anno MCCCXXVIII ex codice archetypo Veronae excerptiones factas esse eis conpertum habemus quae Detlefsenus in

fuerit ex lectionibus librorum etiam nunc superstitum facile conligitur. in libris enim sangermanensi et santeniano haec scripta sunt

A uelte sic ipse flagitabam,

nec dubito quin haec sincera fuerit archetypi scriptura, quae ut sententiam quandam acciperet interpolando postea uarie corrupta est. inde lectiones aliorum librorum *Auellite Ah uellite A uelite Ah uel te* ortae sunt. ex his nulla nisi quam loco postremo commemoraui scriptura digna est quae adcuratius consideretur, nec defuerunt hanc qui probarent, ueluti Lachmannus et Hauptius. sed duae res in hac lectione ualde displicent. quid enim illo loco uoculae *Ah* et *uel* sibi uolunt? Catullus interiectione *ah* uel si mauis *a* non utitur nisi ad animi dolorem exprimendum. en omnia habes exempla: XV 17 *ah tum te miserum malique fati* LX 5 *ut supplicis uocem in nouissimo casu Contemptam haberes ah nimis fero corde?* LXI 139 *miser ah miser* LXIII 61 *miser ah miser, querendum est etiam atque etiam, anime* LXIIII 71 *ah misera, adsiduis quam luctibus externauit* 135 *sicine discedens neglecto numine diuum Inmemor ah deuota domum periuria portas?* 178 *Idaeosne petam montes? ah gurgite lato Discedens pontum truculentum ubi diuidit aequor?* LXVI 85 *Illius ah mala dona leuis bibat irrita puluis.* quibus locis uersus hic XXI 11 *Nunc ipsum id doleo quod essurire, Ah me me, puer et sitire discet* addendus esset, si uera esset Scaligeri emendatio Lachmanno et Hauptio probata. sed cum Meinekio scribendum est *Meus mi puer.*

Num uero significatio doloris huic quem tractamus loco apta est? hoc pernegandum. namque uerba proxime sequentia *Camerium mihi pessimae puellae,* quae quo animo Catullus amicum flagitet demonstrant, non tam dolentem quam morae inpatientem animum atque uehementem produnt. sed ne e ceteris quidem significationibus particulae *ah,* de quibus Handius Tursellini I 212—218 exposuit, una huc quadrat. quod cum intellexisset, ipse Handius in programmate anni MDCCCXXXXVIII ienensi, quo carmen LV Catulli in pristinam formam restituere conatus est, scripsit *At uel te sic ipse flagitabam* haec praeterea adnotans: '*At* suum locum hic eo modo occupat quo antecedente *tamen* rursus ad sententiam interpositis uerbis restrictam reducit, ueluti *sed* apud Ciceronem ad Att. VI 2 10 *pro Appio nos hic omnia facimus, honeste tamen, sed plane libenter*'. quem locum qui adcurate inspexit uix uereor ne de ueritate sententiae handianae ei persuadeatur. sed ut *at* ferri possit, *uel* illud et in Handii et in Lachmanni scriptura magno opere nos offendit, quod defensurus Handius '*uel* prope accedit' inquit 'ad significationem uocabuli *immo,* quocum etiam conponitur. Plaut. trucul. II 4 22 DI. *Dane sauium?* PH. *immo uel decem.* Cic. de re publ. III 34 46 *et multo etiam magis, inquit Mummius: nam in regem potius cadit domini similitudo, quod est unus, plures uero boni in qua re publica rerum potientur nihil poterit esse illa beatius. sed tamen uel regnum malo quam liberum populum: id enim tibi restat genus*

Iahnii annal. 1863 LXXXVII 552 narrauit. et enim etiam nunc in bibliotheca clarissima illa capituli ueronensis liber manu scriptus pergamenus extat, in quem homo, qui nomen suum signo obscuro quodam obtegere quam litteris mandare maluit, 'flores moralium auctoritatum' anno MCCCXXVIIII in ipsa capituli ueronensis bibliotheca (quae est Detlefseni coniectura certissima) conlegit. hos inter flores e Catullo quoque electa conparent, quae ex archetypo desumpta esse, etiam si de locis catullianis ipsis nihil Detlefsenus rettulit. tamen indiciis multis, quae longum est enumerare, perspicimus. nihilo setius nostra plurimi interest quam adcuratissime scire qui uersus electi et qua ratione scripti sint. quas quaestiones praeter alias non nullas cum his conexas qui diligentius persequi pollicitus est, Detlefsenus promissum utinam ne sero soluat.

uitiosissumae rei publicae tertium'. de eo quod Handius dixit *uel* prope ad significationem uocabuli *immo* accedere itaque gradationi exprimendae aptum esse ne diutius rixemur: uerum tamen praedicandum duco gradationem, si hoc hac in re uocabulo uti licet, eam quae uocabulo *immo* efficitur et gradationem qualem uocula *uel* designat multum inter se distare. *immo* enim adfirmando, contra concedendo *uel* orationem auget. nam uerbo *immo* pro eis quae modo dicta sunt aliud quoddam maius substituendum adfirmatur, conceditur autem uocabulo *uel* audientibus ut ultra mediocritatem quotidianam usque ad certum finem cogitando egrediantur *).

Sed quidnam in hoc uersu sibi uult gradatio talis qualem *uel* efficere potest? ecquae huius uersus uox est quam premi uoluerit poeta? ex lege paene certa *uel* antecedit proxime ei uocabulo quo gradatio continetur. conferatis, si placet, exempla a CFGMuellero in Iahnii annalium LXXXIII 262—275 conlecta. uim igitur orationis necesse est in se recipiat uocula *te.* quis autem quaeso sana praeditus mente orationis gradationem admittat hanc, quam Catullus arguendus esset admisisse, si sententias hac ratione conexuisset? *Te in minore campo Te in circo te in omnibus libellis Te in templo* (quaesiuimus), *ah uel te sic ipse flagitabam.* At enim non ad *te* sed ad *sic* referenda est particula *uel.* hoc etsi concedere necesse non habemus, quando quidem, si *uel sic* poeta ratione ac mente coniungere uellet, haec uocabula conlocatione non disiungenda erant, tamen in hac re per me licet coniueamus. uerum enim uero ne sic quidem apta sententia fit. nam in uerbis *Camerium mihi pessimae puellae* numne quicquam tam magnum et quod expectationem excedat inest ut particulam *sic* comitari possit illud *uel?* —

In reliquis uirorum doctorum coniecturis redarguendis liceat nobis esse breuioribus. itaque Scaligeri lectio, quam uulgo olim sequebantur, *Has uel te sic ipse flagitabam* cum eis quae modo diximus refellitur, tum Handius librarios recte adnotauit *Has,* si ob oculos habuissent, in *A* certe non mutaturos fuisse. Scaligeri coniecturam magis etiam Doeringius corrupit, cum recte quidem intellegens *uel* huic loco aptum non esse scribi iussit *Has, mel, te.* eis quae in scaligeranam lectionem diximus similia in Froehlichii quoque et Pohlii coniecturas dicenda sunt, quorum ille (in comment. acad. monac. V III 244) *Has ut te,* hic, si bene enotaui, (in lect. catull. p. 47) *A queis te* proposuerunt. quid? quod etiam coniecturam Ludouici Doederlinii (uar. lect. hebd. Erlang. 1836 p. 8 uel orat. et comment. I 396) *Aullistis — sic ipse flagitabam —,* quanquam a Schneidewino (in Zimmermanni diariis anni 1837 p. 1107) et Leutschio (in nunt. erud. gotting. a. 1855 p. 1988) commendata est, non reicere non possum, cum exempla desint idonea quibus forma illa licentiosa adprobetur. nam talia qualia uel Lucianus Mueller (de re metrica poetarum latinorum p. 271) uel Guilelmus Corssenus (de pronunt. accent. uocal. ling. lat. I 126) congesserunt, ad licentiam illam tuendam non sufficiunt. contra multo eis quae

*) Ad hoc discrimen inlustrandum, ne disputatio longius euagetur, nulla nisi catulliana exempla excribamus: LXXIII 3 *Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benigne Prodest, immo etiam taedet obestque magis* (sic ex Buecheleri optima emendatione per epistulam humaniter mecum communicata scripsi) LXXVII 1 *Rufe mihi frustra ac nequiquam credite amico, Frustra? immo magno cum pretio atque malo* XII 7 *crede Polioni Fratri qui tua furta uel talento Mutari uelit* XVII 6 *Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, In quo uel salisubsilis sacra suscipiantur* XXIII 4 *Verum est et pater et nouerca, quorum Dentes uel silicem comesse possunt.*

adhuc tractauimus meliora duco ea quae Heysius scripsit *Aulum — te sic ipse flagitabam — Camerium mihi, pessimae puellae.* uerum ab omni parte ne haec quidem mihi satis faciunt. longius enim scriptura heysiana recedit a lectione librorum bonorum, quorum litterae, quin etiam apices singuli in libro catulliano emendando quam adcuratissime rimandi sunt. deinde, nisi fallor, *Aulum* illud in priore uersu positum ualde infringit et hebetat uim flagitationis subito erumpentis *Camerium mihi, pessimae puellae.*

Videndum igitur num alia ratione inita melius huic loco consuli possit. atque ut breue faciam, equidem conieci scribendum esse

Auens te sic ipse flagitabam.

huius lectionis commendandae caussa haec dici possunt. primum eam ad modum paullum a scriptura librorum sincerorum *A uel te* distare facile intellegitur, dum modo in archetypo haec *A uē̄ſ te* exarata fuisse sumamus. quod sumere is profecto non dubitabit qui libri catulliani archetypum litteris quae nocantur minusculis scriptum fuisse nec uerborum conpendiis caruisse meminit. quae autem ad hunc locum praecipue faciunt, lineolam illam notissimam in uicem m et n litterarum saepe in archetypo substitutam fuisse ex quibusdam librorum nunc superstitum erroribus manifestum est *). ut exemplis non nullis utar, ex archetypi scripturis *Antistās requirēs Inceptā animāgens* scribae posteriores falso fecerunt *Antistas* VIIII 2 (uix enim licebit opinor formam *antistas* cum formis illis mutilatis conferre, de quibus HAKochius mus. rhenan. VIIII 305 XI 640 et GCorssenus pronunt. uocal. I 97 dixerunt) *requires* CXVI 1 *Incepta* LXVIII 75 *anima gens* LXIII 31. sed propter sententiam quoque coniectura nostra commendatur. auiditas enim qua Camerium poeta quaesiuit flagitatione quae uersu decimo continetur uehementi egregie confirmatur. nec minus lectio quam proposuimus usu loquendi adiuuatur. qua enim ratione nos Catullum arbitramur dixisse *auentem flagitare*, eadem plane usus Valerius Flaccus argonauticon II 124 *auentem quaerere* dixit:

Talem diua sibi scelerisque dolique ministram
Quaerit auens: uidet illa prior, iamque aduolat ultro
Inpatiens, iamque ora parat, iam suscitat aures.

Denique adparet quam facile uocabulum illud *auens*, cum non e uulgaribus sit, a scribis inperitia corrumpi et uoculis usitatissimis mutari potuerit.

---

*) Aliorum conpendiorum haec adferre lubet exempla: uersus LXVIII 119 *Nam neque tam carum confecto aetate parenti* non sic, ut recte nunc scribitur, in libris optimis, uelut sangermanensi santeniano parisino 7989, legitur: sed haec in his sunt *Nam nec causa carum.* et enim cum *Nam nec tā* per conpendium in archetypo scriptum esset, postea scribae e formarum similitudine olim inter c et t litteras minusculas intercedente conpendium *tā* cum conpendio *c̄a* quo *causa* significatur commutantes hanc uocem illius loco falso exarauerunt. deinde in uersu LXIIII 120 *Omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem* pro *praeoptarit* in archetypo fuit *p̄optarit*, unde in omnes libros posteriores *portaret* uenit. tum uarietas lectionis in uersu L 13 *Vt tecum loquerer simulque ut essem*, quo loco in multis eisque bonis libris haec adparent *simulque ut omnem*, conpendiis *ēēm* et *ōem* confusis orta est. denique in carminis IIII uersu ultimo *Gemelle Castor et gemelle Castoris* pro *Castor* in sangermanensi libro legitur *castrum*, cui superscripta sunt *al' casto4*, hoc est *castorum*, quod idem manus libri santeniani secunda adgnoscit. hoc *casto4* uerae lectionis uestigia ita seruauit ut caussa erroris perspici possit. nam r litterae forma quam uocant francica ꝛ *(castoꝛ)* cum nota *4* h. e. *rum* commutata est *(casto4)*.

At enim basis iambica nonne de emendationis nostrae ueritate suspitionem mouet, cum et longe plurimi uersus totius libri catulliani phalaecci et longe plurimi carminis LV uersus a spondeis incipiant? haec tamen speciosius quam uerius coniecturae nostrae opponuntur. primum enim basis iambica in libro Catulli satis frequenter reperitur. namque e quingentis quinquaginta tribus uersibus phalaeccis Catulli qui supersunt quadringenti quidem septuaginta septem a pede spondeo ordiuntur, sed tamen basim iambicam eo uersu de quo disputamus addito uersus unus et quadraginta habent. eorum qui restant uersuum uersus triginta quattuor exordium trochaicum habent, unus tribreuem: nisi illo *Camerium* (haec enim est illa basis tribrachys) synizesi adhibita iambum effici alii cum Lachmanno (ad Lucretium p. 130. 193) et Luciano Muellero (de re metr. p. 257) credere malunt, qua in re me dissentire iam quaestionum catullianarum I 229 dixi. quae cum ita sint, iambo a nobis restituto nemo iure offendi potest, cum praesertim ne alterum quidem illud quod modo commemoraui ad emendationem nostram refutandam ullius sit momenti. nam aequalitas initiorum spondaicorum uersu decimo sine ulla dubitatione interrupta est, siue pro tribreui siue pro iambo *Camerium* illud habendum est. cur igitur iambo locum in uersu nono denegemus? quin etiam is tolerandus esset, etiam si nulla praeterea in hoc carmine inueniretur basis non spondaica. quod ut intellegatur, carmen L conferatur, in quo uiginti uersus a spondeis, unus autem a trochaeo ordiuntur, uel carmen XII, cuius sedecim uersus spondaica exordia, unus iambicum habent. ceterum spondei ut in hoc potissimum quo de disputamus carmine frequentissimi sint ex ipsa re sequitur. et enim tarda huius metri grauitas in primis apta est qua poetae amicum diu frustra flagitantis lassitudo describatur. contra uersus nonus et decimus qua uehementiore sunt sententia, eo aptius in basi numerum celerem iambicum et tribreuem recipiunt. quod me non sine caussa adnotare inde uidere licet quod carmen phalaeceum, quo nullum aliud plures bases non spondaicas habet (dico quadragesimum alterum, cuius inter uersus uiginti quattuor uersus sunt undecim a iambo uel trochaeo incipientes), id ipsum est quo uehementius in toto libro Catulli uix reperias.

Iam conuertamur ad eiusdem carminis LV uersum undecimum tractandum, qui ipse quoque grauiter corruptus est. is in archetypo non dubito quin ita scriptus fuerit

Quendam inquit nudum reduc.

haec enim in libris sangermanensi santeniano hamburgensi aliis reperiuntur, alii, ut datanus, praebent *Quendam inquit nudum reduce.* in his *Quendam* iam ab Italis correctum est, sed aliud praeterea uersu manco docemur inesse mendum. quod ubinam sit quaeritur. optio duplex data est. aut enim, cum de initio cogitari nequeat, in uersu medio aut in extremo uersu non nulla desunt. nam utroque illo uersus loco peccatum esse nonne hoc credere ueri dissimillimum est? quod concludendo effecimus, id rebus ipsis bene confirmatur. altera enim utra ratione errores librorum catullianorum ortos esse exemplis sat multis conpertum habemus: contra utraque simul neglegentia scribam archetypi deliquisse uix alio exemplo conprobari potest *).

---

*) En non nulla exempla habetote uersuum catullianorum qui de medio uocabulum aliquod iam in archetypo amiserant: LXVIII 101 *Ad quam tum properans fertur ** undique pubes* LXV 9 *Adloquar audiero numquam tua ** loquentem* XXXVIIII 9 *Quare monendum * est mihi bone Egnati* 17 *Nunc Celtiber * Celtiberia in terra* LXVIII 156 *Et domus * in qua lusi-*

nihilo minus editores longe plurimi, inter quos Lachmannus Hauptius Heysius sunt, Auantii receperunt *Quaedam inquit nudum sinum reducens*, quae ut a librorum manu scriptorum ductibus, ita a sententia quoque probabili longissime absunt. nam quid illud significat *nudum sinum reducens?* quid sit *sinum reducere* intellegere quidem possum his uerbis quae ex Quintiliani institutionis oratoriae XI 3 131 desumpsi: *Illud uero non ferendum quod quidam reiecta in humerum toga, cum dextra sinum usque ad lumbos reduxerunt, sinistra gestum facientes spatiantur et fabulantur, cum etiam laeuam restringere prolata longius dextra sit odiosum.* sed quo modo sinus reduci possit nudus fateor mihi obscurissimum esse. nam sinum qui reducatur esse uestem sinuosam loco Quintiliani quem attuli extra dubitationem ponitur. est igitur illud *sinum reducens* idem atque homericum (X 80) κόλπον ἀνιεμένη, quod uerbis proxime sequentibus ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν interpretes Catulli docere potuit quam nudus sinus ille hoc loco sit ineptus. quod cum, ut uidetur, sentiret quodam modo, Vulpius haec adnotauit: *diducens mammam a mamma uel abducens, ne a poeta contingi posset.* ut sinus hoc loco pro mamma dictus sit, cuius usus rarissimi exemplum est propertianum (V 4 72) *illa ruit qualis celerem prope Thermodonta Strymonis abscisso fertur aperta sinu*, prior explicatio magis est ridicula quam ut in ea refutanda operam perdamus. nec melius de altera res se habet. quid? abduxit puella mammam? in contrarium poetae pectus ostendisse uirginem uerba haec clarissime demonstrant *En hic in roseis latet papillis.* quae exempla ab editoribus adlata sunt Claudiani (in Eutrop. I 36) *leuiter reductis uestibus* et Senecae (Herculis oetaci 1668) *mater in luctum furens Diduxit auidum pectus atque utero tenus Exerta uastos ubera in planctus ferit*, ea nihil ad uulgarem interpretationem stabiliendam adferre iam Handius, qui item Auantii lectionem reiecit, bene adnotauit. idem cum uersu quem tractamus uersum 81 comae Berenices *Tradite nudantes reiecta ueste papillas* recte conparauit, ut pote qui demonstraret qua fere ratione, si quae dicta esse interpretes opinarentur re uera exprimere uoluisset, Catullus locuturus fuisset. idem fere qua propter nudus ille sinus reductus nobis displicuit in lectione ipsius Auantii altera *Quaedam inquit nitidum sinum reducens* offendit, quae praeterea numero uersus parum ut uidebimus commendatur. deinde Froehli-

mus et domina (de quo uersu uidete quae infra dicemus). ceterum adnotare lubet, si forte quis lectionibus libri datani
confisus aliis quoque locis quibusdam, ueluti CX 7 CVII 7 CVIII 1 CI 8 LXXXXVII 6 LXVI 59 LXXXIIII 2 LXIII 344. in archetypo
quaedam iam defuisse arbitrari uolet, eum plane falsa uia ingressurum esse: scriba enim libri datani haud indoctus non
omisit iam in exemplo unde descripsit omissa, sed illa quae aperte corrupta intellexit omittere quam menda describendo
propagare maluit.

Exempla uersuum quorum in fine iam in archetypo quaedam defuerunt haec sunt: VIII 9 *Nunc iam illa non uult, tu*
quoque impote ** LXIII 78 *Agedum inquit age ferox i face ut hunc furor* *** LXIII 119 *Quae misera in gnata deperdita laeta*
** LXXXXV 9 *Parva mei mihi sint cordi monumenta* ***. utri generi, num priori ex bentleiana an posteriori ex lachman-
niana quadam emendatione, uersus LXIII 74 adscribendus sit ambiguum est. initio hi uersus mutili erant LXIII 121 *** *aut*
ut eam deuinctam lumina somno LXXIII 4 ** *immo etiam taedet obestque magis* (cf. supra p. 5*). etiam uersus CXI 4 in fine
nisi fallor uocabulum amisit. sic enim in sangermanensi santeniano hamburgensi hic uersus scriptus est *Quam matrem*
fratres ex patruo. neque dubito quin scriba libri datani spatio uacuo inter uerba *fratres* et *ex patruo* relicto Italis interpola-
toribus quodam modo oboediuerit, qui *Quam matrem fratres efficere ex patruo* scripserunt. ab eadem fere ratiocinatione profecti
post *fratres* Heysius *suscipere* Rossbachius *concipere* inseruerunt, GRoeperus contra in philologi XVIII 541 haec proposuit
Quam matrem fratrei se facere ex patruo. ego simplicissimum quodque optimum arbitratus conieci *Quam matrem fratres*
ex patruo parere.

chius quoque lectionem uulgarem mendo laborare intellegens proposuit: *Quaedam inquit tunicae sinum reducens.* sententia apta potest uideri. at quanta leuitate haec coniectura facta est. uocabulum *nudum*, cuius fides maxima est, non tam leuiter mutatur quam eicitur.. cuius in locum illud *tunicae* succedit. cur autem *nudum* reicitur? cur? quia cum uoce *sinum* non conspirat. at enim ecquae huius est auctoritas? ne minima quidem. nam uocabulum coniectura in uersum inlatum nullus adgnoscit liber manu scriptus. en sobria artis criticae exercendae ratio.

Multo melius quam ei quorum commenta adhuc recensui Handius mihi quidem uidetur de hoc loco meritus esse, quippe qui uniuersam quam poeta expressit huius loci sententiam optime perceperit. poeta enim Camerium uehementer flagitauit a puellis. quarum una auiditatem quaeritantis iocose inridens — nam quo modo puellae ambulantes Camerium, si secum esset, absconderent? — in sui pectoris tumore Camerium dixit latere. illinc eum Catullus reduceret. neque tamen Handius in uerbis poetae ipsis refingendis uerum uidit, cum pingui interpolatione Itali cuiusdam recepta scriberet: *Quaedam inquit 'tu nudulum reduce'.* in quibus ut mutatio qua duobus uersus locis opus est uiolentior, ita illud *nudulum* absolute quod dicunt positum moleste ferenda sunt. nos uestigia archetypi diligenter prementes uersum *Quaedam inquit: 'nudum reduc* * * * uocabulo *puellum* adiecto supplendum putamus. de sententia nihil habemus quod eis quae modo diximus addamus. qua probata uix uereor ne quisquam handianam meae praeferat lectioni non solum a litteris sed etiam ab usu loquendi satis commendatae. quid? quod dici possit propter similem uersus proxime praecedentis exitum factum esse ut extremum uersus undecimi quoque uocabulum periret. denique non neglegendum est aliquid commendationis et Handii et nostrae lectioni aliunde insuper accedere. et enim uocabulum *inquit* a sermone, quem aut interrumpit aut, si quidem breuissimus est, proxime sequitur, ex usu loquendi constanti separari non licet: sed id uulgata lectione adsumpta et praeter legem ante sermonem conlocatum et uerbis *nudum sinum reducens* interpositis a sermone ipso separatum est. sin uero nostram emendationem adsumpsistis, altera quidem offensio remanet, remouetur tamen altera. ceterum etsi praeter hunc locum nullum exemplum uocabuli *inquit* ante sermonem positi cognoui (locus Plinii epistul. I 5 13 iam a Gierigio et Keilio ex libris optimis correctus est), tamen dubitari non potest quin Catullus ipse uocem eo loco quo libri exhibent conlocauerit.

Postea quam eis quae adhuc disputauimus e multis difficultatibus quas carmen quinquagesimum quintum habet duos locos corruptos sanare conati sumus, ne ceteras omnino silentio praeterisse arguamur, carmen totum cum discrepantiis quas ex libris nunc superstitibus conlegimus fuisse archetypi ueronensis et cum commentario critico hoc loco describendum curauimus. qua in editione adornanda Lachmannum ducem ut par erat secuti sumus: qui quotiens nobis deserendus esset diligenter adnotauimus. cur autem librorum manu scriptorum singulorum lectiones (hoc praesertim loco ubi breuitati consulendum erat) addere noluerimus eos speramus qui casus libri catulliani uarios norunt facile esse intellecturos.

Quo modo uersus carminis LV a Catullo distributi sint ualde dubium est. in primis difficultates iniciunt dactyli phalaeceorum in hoc uno carmine a Catullo saepius contracti. quam contractionem quali metricorum antiquorum quorundam doctrina innisus Catullus admittere ausus sit Lachmannus ad Terentianum p. 15 docuit. cf. etiam LMuellerus de re metr. 166 et HWeilius ann. Iahn. LXXXV 337. neque incertum est qua ratione poetica motus spondeos dactylorum in uicem

Oramus, si forte non molestu*m* es*t*,
  Demostres ubi sint tuae tenebrae.
Te campo quaesiuimus *m*inore,
  Te in circo, te in omnibus libellis,
5 Te in templo summi Iouis sacrato.
  In Magni simul ambulatione
Femellas omnes, amice, pre*n*di,
  Quas uultu uid*eo* tamen serena*s*.
Aue*ns* te sic ipse flagitabam:
10 'Camerium mihi, pessimae puellae!'
Qu*ae*dam inquit: 'nudum reduc *puellum*!
  En he*i*c in roseis latet papillis.'
Sed te iam ferre Herculei labos est:
14   Tanto te*n* fastu negas, amice?
23 Non custos si *ego* fingar ille Cretum,
25   Non Ladas ego p*inn*ipesue Perseus,

1 molestus es ‖ 3 in minore ‖ 7 prehendi ‖ 8 uidi ‖ serena ‖ 9 A uelte ‖ 11 Quendam ‖ puellum *omissum* ‖ 12 Hem hec ‖ 14 te in ‖ 23—32 *post* LVIII *5 conlocati* ‖ 23 ego *omissum* ‖ 25 primipesue

succedere uoluerit. cf. qu. cat. I 229. at nonne legem aliquam in alterna uersuum legitimorum et contractorum uicissitudine Catullus secutus est? et Ferdinandus quidem Handius in programmate ienensi a. 1848. quo carmen hoc in antiquam formam restituere conatus est. sibi persuasit Catullum partem huius carminis aliquam strophis uersuum binorum ita couposuisse ut uersus singuli priores dactylum coutractum uel spondeum, posteriores coutra integrum dactylum continerent. haec quam statuit dactylicorum et spondaicorum uersuum uicissitudo ne turbata uideretur, necesse habuit in uersu 8 uideo *et 23* si ego fingar *pro archetypi* uidi et si fingar *scribere. quo facto ex Handii sententia a uersu 1—12 sex strophae adparent binorum uersuum, septimam efficiunt uersus 13 et 23 — Handius enim Lachmannum secutus post uersum 13 decem illos uersus horridulos inseruit — deinde septem secuntur uersus dactylici 24—30: in quibus cum cursores inlustrissimos commemorauerit, poeta metri phalaecei celeritatem genuinam retardare et cohibere non uoluerit. hos excipiunt quinque strophae (u. 31 32 14—21) et dimidia. nam unus uersus spondaicus (22) restat. huius Handii sententiae partem Leutschius nunt. erudit. gotting. 1855 p. 1989 ita adprobauit ut Handium recte quidem formam uersus phalaecei disticham adgnouisse, sed falso uersus illos decem carmini huic inseruisse iudicaret, quippe qui ex altero carmine quod ad eundem Camerium de eadem re Catullus scripsisset seruati essent. his igitur uersibus omissis Leutschius strophis totum constare carmen arbitratus et inter u. 13 et 14 uersum huius fere sententiae 'et oneri maximo es' et post ultimum u. 22 uersum huius sententiae 'quem protinus uersibus celebrabo' (conl.* VI *16. 17) amissum esse statuit. neque Handium neque Leutschium omne uerum de hoc carmine uidisse adparet. nam Leutschium eo ualde errasse quod uersus decem illos alienos esse ab carmine* LV *putauerit certissimum est: ab altera autem parte non minus certum est Handii sententiam difficultatibus maximis laborare. ueluti Catullus neque carmen strophicum dimidia strophae particula concludere potuit neque septem uersus singulos strophis inmiscere. nihilo tamen minus Haudium bonam ueri partem uidisse profitendum est. cuius inuentum multis uiris doctis probabitur opinor hoc potissimum tempore, quo studia tot hominum doctorum in conpositione strophica et antithetica poetarum antiquorum cognoscenda uersantur. de Catulli strophis phalaeceis iambicis similibus exposuerunt Rossbachius et Westphalius de re metr. graec.* III *492 Westphalius in Teuffelii conuers. germ. Cat. Stuttg. 1862 p. 114 ORibbeckius de C. Catullo Kilon. 1863 p. 55. 56 GRichterus mus. rhen.* XVIIII *363. hi tamen quae inuenisse sibi persuaserunt fateor mihi uideri magnam partem ualde lubrica. ut unum exemplum satis memorabile adferam, ThMaurer (mus. rhen.* XIIII *323) ut quattuor ternorum uersuum strophas efficeret, uersibus 12 et 13 reiectis carmen* V *hoc nouo uersu, quem ipse scilicet finxit* quot sint. deinde iterum recenseamus *concludi iussit. cuius sententiae partem aliquam probantes Ribbeckius et Richterus uersu tertio decimo omisso carmen adfirmant uersu duodecimo a poeta finitum esse. quid uero? quando putemus uersum tertium decimum ab interpolatore adiectum esse, cum iam in priapeiorum quodam carmine (anthol.* VI *53 12 p. 526 Burm.) manifesta haec illius imitatio*

24 Non si pegaseo ferar uolatu,
26   Non Rhesi niueae citaeque bigae:
Adde huc plumipedas uolatilesque,
  Ventorumque simul require cursum:
Quos *c*unctos, Cameri, mihi dicares,
30   Defessus tamen omnibus medullis
Et multis langoribus peresus
32   Essem te, m*i* amice, quaeritando.
15 Dic nobis ubi sis futurus, ede
  Audacter, *c*ommitte, crede luce*i*.
Nu*m* te lacteolae tenent puellae?
  Si linguam clauso tene*s* in ore,
Fructus proiicies amoris omnes:
20   Verbosa gaudet Venus loquella.
Vel si uis, licet obseres palatum,
  Dum *n*ostri si*m* particeps amoris.

29 iunctos ‖ 32 mihi ‖ 16 hoc committe ‖ lucet ‖ 17 Nunc ‖ 18 tenens ‖ 22 nostri ‖ sis

extet cum tantum hic sciet esse mentularum? — *Ego quidem, cum uersus singuli ita ut omnes eodem modulo strophico tenerentur distribui non posseut. duo genera strophae ab Handio repertae admisi. alterum in quo uersus contractus integro antecedit. alterum in quo ordine inuerso bini uersus conlocati sunt. prius genus in prioribus (u. 1—12) posterius in posterioribus (u. 15—22) carminis uersibus inuenitur. alia lege in medio carmine uersus 23—30 obstricti sunt. h. s. quattuor strophae binorum phalaecearum eorumque integrorum. ut pote cursorum celeritatem exprimentium. denique hi uersus utrimque strophis singulis inclusi sunt a lege proximarum declinantibus. nam in stropha septima (u. 13 et 14) posterior quoque uersus dactylum contraxit atque strophae duodecimae (u. 31 et 32) uersus prior item spondeum recepit. at tamen haec inaequalitas eo aliqua tenus excusatur quod his potissimum duobus locis poeta uirium defectionem maxima uersuum lassitudine exprimere debebat. bene scio hanc meam quoque sententiam haud saue paruis difficultatibus esse obnoxiam. sed talia in eo carmine quo Catullus leges quasdam certas liquido uiolauit, ueluti dactylis contractis et basi tribreui in u. 10 admissa et liberiore orationis formatione in uu. 23 sq. adhibita (cf. Handius l. c. 13 et FVmpfenbachii melet. plaut. 67), nescio an patienter toleranda sint.*

1 ex archetypi molestus es *Rossbachius coniecit* molestu's 2 Demostres *A (= archetypus) de scribendi ratione cf. PhWagneri orthogr. uergil. 456. 458 et Fleckeisenum annal. Iahn.* LX *261* latebrae *β (= Itali) Scaliger* *3* Te in campo *Silligius. quod fortasse uerum est* *4* labellis *uel* tabernis *β* sacellis *RKlotzius annal. Iahn.* LVII *86* *6 ante Lachmannum interpunctione aliter posita non tam cum septimo quam cum quinto uersu coniungebatur* *8* uideo *Handius progr. ienens. a. 1848 p. 11:* uidi *A uulgo* sereno *olim uulgo* *9 et 11 uide supra* *12* heic *ex* hec *A scripsi:* hic *uulgo* *14* ten fastu *Mureto debetur* amico *β Handius Heysius. Post uersum 14 uersus illos decem* Non custos si fingar *usque ad* Essem te mi amice *inserui, qui in libris post carmen* LVIII. *quocum arte cohaerent. positi sunt. cf. qu. cat. I 196. eandem uersuum dispositionem Froehlichius quoque commendauit. olim uulgo uersui 22 aduectebantur, quod nuper Heysius probauit. Lachmannus. quem Handius Hauptius Rossbachius secuti sunt, uersus illos post u. 13 conlocauit. in editionibus Guarini et Mureti post u. 12 inserti sunt. Silligius hos uersus alius cuiusdam carminis fragmentum esse arbitratur. item Leutschius iudicauit. cf. supra* *23* ego *add Handius: om uulgo Lm* *24 et 25 Muretus recte transposuit (prob Rossb. et Heys.). Froehlichius uersus ita ordinauit 25 26 23 24* *25* Ladas si *olim uulgo*

26 Non Rhesi] Non si herus *Froehlichius* niueis citisque bigis *Muretus* niuea citaque biga *Handius 'ex optimis' ut ait 'libris' et Rossbachius. ego* niueae citaeque bigae *genetiuos esse puto* *27* plumipedas *A Silligius Heysius* plumipedes *uulgo Lm. cf.* milipeda centipeda multipeda *29* cunctos *Schradero debetur* *32* mi *olim uulgo, cf. etiam Boehmii qu. cat. 18:* mihi *A Lm* *15* ubi sis: securus ede *Guietus* *16 ex archetypi* hoc committe *Vossius haec fecit* ede hoc Audacter, committe lucei *Scaligero debetur* *17* tenent papillae *Perreius Palladius Heinsius Santenius* *21* Vel signis *(i. e. sigillis)* licet *Vossius* *22* Dum nostri fis *Heysius.*

Iam ad locos non nullos breuiter tractandos conuertamur. carminis LXI uersus 128 et sequentes in libris sic scripti sunt

nec nuces pueris neget
desertum domini audiens
concubinus amorem.

editores recentiores nihil mutarunt. quibus ea tenus adsentior ut librorum lectioni nullam earum quae adhuc factae sunt coniecturarum praeferendam censeam. et enim IVossius obseruat. p. 141 coniecit *desertum domini audiens concubinus amore.* multo speciosiora eadem quidem sententia sed alia uerborum constructione adsumpta Ludouicus Langius in epistula ad me data proposuit haec *desertus domini audiens concubinus amore* loco Vergilii aeneidos II 377 conlato *sensit medios delapsus in hostes.* editor cantabrigiensis et Doeringius uoluerunt *desertum domino audiens concubinus amorem.* uiolentiores nec tamen feliciores AStatius et CPleitnerus fuerunt. quorum ille *defectam dominam audiens concubinus amore*, hic ad epithal. Cat. Dilingae 1858 p. 34 *desitum dominei dolens concubinus amorem* scripserunt. nihilo tamen minus corruptum esse locum mihi quoque certum est. sed in uerbis *desertum domini — amorem,* quae illos offenderunt, nihil inuenio absoni. 'domini amor' est genetiuus quem grammatici uocant obiectiuus. 'desertus' autem absolute ut saepe alias positum idem fere atque 'neglectus' significat. bene conparari potest ex ipsius Catulli libro LXVIII 50

ne tenuem texens sublimis aranea telam
deserto in Manli nomine opus faciat.

ceterum Valerius Flaccus argonauticon III 181 'amorem deserere' dixit. 'desertus' igitur 'amor domini' bene explicari potest. sed ad sequentia animum aduertite. audiuit concubinus de amore suo neglecto? quid sibi hoc loco uult languidum audiendi uocabulum? audiuit se non iam amari? non sensit ipse? non cognouit? aliusne nescio quis nuntium ei tristem attulit? concubino, qui in pompa nuptiali, quae tota amissum domini amorem illi dilucide testatur, ipse praesens esse fingitur? qui? pueri talia canere possunt 'nunc uersibus fescenninis iocandum est, nunc concubinus, quippe qui audiat amorem domini suum neglegi, necesse est nuces quibus antea lusit nobis tradat'? omnia sana sunt, ubi mutatione uerbi *audiens* facillima in usum uocata mecum restituistis

desertum domini uidens
concubinus amorem.

Quartus locus quem emendandum suscepimus eis uersibus continetur quibus Ariadna Naxi a Theseo relicta hoc modo describitur. (LXIII 60 sqq.)

(Thesea) *procul ex alga maestis Minois ocellis,*
saxea ut effigies bacchantis, prospicit eheu,
prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
non flauo retinens subtilem uertice mitram,
non contecta leui uelatum pectus amictu,
non tereti strophio lactentis uincta papillas:

omnia quae toto delapsa e corpore passim
ipsius ante pedes fluctus salis adludebant.

horum in uersuum quinto adhuc nemo quod sciam offendit: quin immo is tam planus interpretibus omnibus est uisus ut eorum ne unus quidem de hoc uersu explicando quicquam adnotaret. qui tantus tot hominum doctissimorum de integritate consensus tacitus nos non potest non admonere ut in tractando hoc loco cautionem quam maximam et diligentiam adhibeamus. ne uero diutius quos scire interest lateat quo disputatio nostra tendat, breuiter eloquor mendum aliquod in uerbo *uelatum* inesse mihi uideri. primum autem adnotare lubet per se solum *uelatum pectus* intellegendum nec cum *leui — amictu* coniungendum esse: id quod aequalitate uersuum proximorum manifesto probatur. namque ab altera parte '*flauo — uertice*' '*uelatum pectus*' '*lactentis* *) — *papillas*', ab altera '*retinens subtilem — mitram*' '*contecta leui — amictu*' '*tereti strophio — uincta*' alia aliis egregie respondent. sed qua tandem ratione pectus Ariadnae leui amictu non contectum dici potest 'uelatum'? hoc omnino non perspicio. nemo negabit hoc loco uerbum contegendi idem quod uelandi significare: ergo poeta dixisset 'Ariadna non uelata uelatum pectus'? quis tale quid credit? an ad interpretandi artificia confugientes interpretabimur pectus uelatum quasi pectus sit antea uelatum? ut nihil de sententia quae sic fieret paene inepta dicam, hoc per leges orationis latinae certas non licet. quodcumque enim participio *uelatum* designatur, id eodem plane temporis momento quod participio *non contecta* definitum est factum cogitandum est. deinde poetas epithetis per prolepsim quam uocant formatis saepe usos esse non ignoro (cf. de hac re CIIacobi quaestionum epicarum p. 136—158), sed cui umquam poetae ratio plane inuersa probata est? nec uereor ne quis figuram illam qua rem pro rei defectu dictam esse uolunt hoc loco adgnoscat. an denique existimabitis lectionem uulgatam uersibus apte defendi posse eis quibus is qui Cirim scripsit locum a nobis tractatum imitatus est **)? en habetote (166 sq.)

infelix uirgo (Scylla) *tota bacchatur in urbe*
non styrace idaeo fragrantes tincta capillos,
cognita non teneris pedibus sicyonia seruans,
non niueo retinens baccata monilia collo.

*) Haec librorum catullianorum, quae Isidori quoque originum XVIII 33 testimonio aliqua tenus defenditur, lectio ab editoribus recentioribus optimo iure seruata est. tuetur autem eam egregie, ut iam NHeinsius intellexit, hic locus Petronii (cap. 86 p. 101 Buecheleri) *primum inpleui lactentibus papillis manus, mox basiis inhaesi, deinde in unum omnia uota coniunxi.* nihilo minus multi uiri docti coniecturam Mureti *luctantes* praetulerunt in *lactentis* nescio quid indecori odorati. ueluti Silligius in Iahnii annalium XIII 293 ait hoc potissimum loco 'lactentis papillas' sibi uideri tetri aliquid in se habere, praesertim cum Ariadna tum non dum pepererit. quid ergo? ephebus ille, cuius apud Petronium lactentes papillae sunt, antea peperit?

**) Poetam Ciris eis quae supra excripsi catullianum expressisse locum manifestum est: sed iuuat illud praeterea animaduertere illum tres uersus catullianos 63—65 non eodem sed inuerso ordine imitatum esse. uersus enim ita sunt inter se conferendi: Catulli epyll. 63 = Cir. 169 64 = 168 65 = 167. atque ne unum quidem uerbulum poeta Ciris per tres hos uersus usurpauit cuius simile apud Catullum non inuenisset. immo perinde fere atque Catullus uerba singula ordinauit. quod ut perspiciatur, uersuum Ciris illorum uerba singula singulis designare lubet litteris, quae quotiens ordinem uulgarem non seruant, scitote aliter atque Catullum posuisse uerba eius imitatorem: Ciris 167 (= 65) a c b d e f: 168 (= 64) c a d e f b: 169 (= 63) a b c d f e.

qua ratione, dicet fortasse quispiam, capilli styrace non tincti hoc loco fragrantes dicti sunt, eadem Catullus pectus Ariadnae non uelatum uelatum dixit. at falsissima haec conclusio. maximum inter utrumque locum est discrimen. nam pectus Ariadnae uestibus detractis uelatum dici nequit: contra capilli semel non uncti fragrantes possunt nominari. sicuti enim uerba *teneri pedes* et *niueum collum* non ad sententiam uersuum proxime sequentium uniuersam referuntur sed absolute sunt intellegenda, ita etiam *fragrantes capilli* absolute dicta sunt *). itaque hic Ciris uersus bonam sententiam habet: quod etiam si negandum esset, hoc quidem in carmine fere ubique inepto non ita mirum esset et tolerandum. minime uero propter poetae obscuri ineptias continuo liceret in corruptelis quibus temporum iniquitas librum poetae elegantissimi adfecit patienter coniuere.

Postea quam mendum adesse demonstrauimus, uidendum num remoueri possit. litterarum potissimum similitudinem spectantibus emendatio facile se offeret haec *Non contecta leui uelandum pectus amictu.* quae si librorum manu scriptorum auctoritate stabilita essent, numquam certe in suspitionem ullam uenissent. tamen haec lectio non ab omni parte mihi placet. et enim 'uelandum' illud 'pectus' dicere seuerum morum magistram quendam decuit, uix decuit Catullum poetam. quam ob rem alteram coniecturam proponam, quae quidem non aeque facile atque prior ex litteris antiquitus traditis eruitur sed a sententia commendationem habet eo maiorem quo similiorem alii cuidam uersui catulliano uersum reddit hunc. ueri enim simillimum duco Catullum scripsisse *Non contecta leui nudatum pectus amictu*, quocum uersu conparari uelim eiusdem carminis uersum 129, qui item de Ariadna est: *Mollia nudatae tollentem tegmina surae*, cuius uerba singula cum illius uerbis mirum in modum conspirant. praeterea non inutile erit memoriam eius uersus renouare cuius iam supra mentionem fecimus (LXVI 81) *Tradite nudantes reiecta ueste papillas.*

Postea quam Catullus descripsit quibus precibus deos poenam Thesei grauissimam expostulauerit Ariadna, his uerbis pergit (LXIII 202):

Has postquam maesto profudit pectore uoces
supplicium saeuis exposcens anxia factis,
adnuit inuicto caelestum numine rector,
quo tunc et tellus atque horrida contremuerunt
aequora, concussitque micantia sidera mundus.

sic haec uulgo eduntur. sed uersus 205 in libro sangermanensi ita exaratus est:

Quō tunc tellus atque horrida contremuerunt.

hanc lectionem fuisse antiquissimi libri ueronensis genuinam ex lectionibus librorum reliquorum ueri simillimum est. interpretatione enim conpendii *Quō* falsa in santeniano et hamburgensi inde facta sunt ita ut numero simul consuleretur *Quomodo tunc tellus*. in parisino 7989 lineola

*) Ceterum adnotandum *tincta* coniectura ISchraderum et alios repperisse. librorum enim manu scriptorum *picta*, nisi forte styrace non tam unxisse Scyllam capillos quam colorauisse sumere libet, ferri non potest. talis uero styracis usus inde non conprobatur quod Dioscorides de mat. med. I 79 narrauit ex styrace fuliginem confectam esse. cuius de usu uero u. Dioscorid. de mat. med. 84 et 85 p. 89 Sprengelii.

illa neglecta haec conparent *Quo tunc tellus.* in datano et aliis praeterea, ne uersus claudicaret, *et* insertum est, quamquam particulae *et-atque* ita coniunctae apud Catullum numquam inueniuntur. quid uero in illo *Quō tunc* latet? Heysius aliquantum ueri perspiciens *et* uocula omissa scripsit *Quo motu tellus.* ego dudum *Quo nutu tellus* conieceram *), cum ex excerptis olim factis quae diu apud me neglecta iacuerunt cognoscerem iam Feam aliquando proposuisse *Quo nutu et tellus.* qua autem ratione ex *Quo nutu* factum est in germanensi *Quō tunc*? multa hac de re excogitari possunt, probari nihil. quid ni archetypi scriba litteras obscuriores *Quonutu* ita legerit quasi essent *Quomtc* id est *Quō tunc*?

Ad locum difficillimum LXVII 12 a nobis iam in quaestionum catullianarum I 9 tractatum, qui in libris bonis ita scriptus est *Verum isti* (LCH, *istius* G *istis* D *isto* P_1) *populi ianua qui te facit*, nouam mihi hanc coniecturam adscripsi

Verum isti populo ianua quanta facit!

quae num ceteris sit praeferenda hominibus sagacioribus et doctioribus disceptandum relinquo.

Ab interpolatione quadam liberandus est uersus LXVIII[a] 39, qui uulgo sic scribitur *Quod tibi non utriusque petenti copia facta est.* sed haec non omnium lectio est librorum. longe plurimi enim inque his sangermanensis et santenianus et parisinus habent *copia posta est.* hamburgensis habet *posita est:* cf. etiam Santenium ad h. l. p. 9. quam discrepantiam reputans quis dubitare potest utri lectioni maior sit fides habenda? ex lectione *facta* omnino non potuit fieri *posta:* contra in uicem uerbi *posta*, quod non intellegebatur, facillime uerbum faciendi in hac formula usitatissimum substitui potuit. proficiscendum est igitur a lectione *posta est*, id quod Otto Ribbeckius in Iahnii annalium LXXXV 377, cum proposuit *petenti copia porcta est*, rectissime intellexit. sed forma inusitata ualde offendor. itaque ego magis a forma nec tamen minus a sententia hoc commendari arbitror quod ipse conieci

Quod tibi non utriusque petenti copia parta est.

Finem scribendi faciamus in uersu LXVIII[b] 156 restituendo: qua in re non tam coniecturam facere ipsi necesse habemus quam emendationem iam pridem factam sed neglectam denuo commendare. ut autem quae dicturus sum intellegi possint, sex mihi ultimi carminis LXVIII[b] uersus hoc loco exeribendi sunt.

Sitis felices et tu simul et tua uita,
et domus ipsa in qua lusimus, et domina,
et qui principio nobis terram dedit aufert,
a quo sunt primo omnia nata bono,
et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,
lux mea, qua uiua uiuere dulce mihi est.

si eorum quos per hos uersus felices esse poeta iubet seriem constituimus, lectione uulgata recepta res ita se habet. primum Allium *(et tu simul)* adloquitur poeta ipsum, ad quem carmen misit.

*) Magno opere gratum mihi fuit ex symbolis philologorum bonnensium in honorem FRitschelii conlectis (p. 318), quae nunc tandem in hunc terrarum angulum uenerunt, uidere HAKochium in eandem emendationem ipsum quoque coniecturae Feae ignarum incidisse.

hunc sua uxor uel amica *(et tua uita)* excipit. deinde Allii aedes, ubi Catullus et Allius suis quisque amoribus indulserint *(et domus ipsa in qua lusimus)*, commemoratae sunt. tum Lesbia *(et domina)* nominatur. porro Allius iterum *(Et qui principio — nata bono)*, denique iterum Lesbia *(et longe-dulce mihi est)* adpellatur. itane uero? talis ordo tolerandus est? cur quaeso binis Allius Lesbiaque locis felices esse iubentur? locum de Allio alterum et grauiter corruptum et multis praeterea nominibus difficillimum nunc mitto. priorem autem de Lesbia locum ingenium Octavii Pantagathi feliciter sanauit, cuius Statius hanc coniecturam adscripsit

Et domus, ipsi in qua lusimus et domina.

iam igitur ad uerba illa *et domina* non est supplendum *sis* uel *sit felix*, sed enuntiatum *in qua ipsi et domina lusimus* arte cum uocabulo *domus* coniunctum eandem fere continet sententiam atque uerba uersus 69: *Ad quam* (domum) *communes* (ego et Lesbia) *exerceremus amores*. sed illud *ipsa* ut sententiae caussa displicet, ita librorum lectionibus parum defenditur. namque in permultis codicibus, inter quos sangermanensis santenianus hamburgensis parisinus sunt, uocula *ipsa* omissa est. unde possis suspicari illud uocabulum non desumptum ex libro ueronensi interpolatoribus deberi. quod ut extra dubitationem positum esset, aliae quoque huius uersus emendandi rationes facile se offerrent: ueluti non temere reiciendum esset quod Santenius ex libro uallieriano enotauit

Et domus in qua nos lusimus et domina.

I. INDEX SCHOLARVM PER SEMESTRE ANNI MDCCCLXIIII PRIVS HABENDARUM.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

HENRICVS KVRTZ, D. Decanus
I *Iesaiae partem priorem* die Mart. horis V et VI et diebus Merc. Iou. Ven. hora V explanabit,
II *Historiam litterarum sanctarum Veteris Testamenti* d. Merc. Iou. Ven. h. VI enarrabit,
III in seminario theologico *Exercitationes exegeticas* d. Mart. h. IIII moderabitur.

ARNOLDVS CHRISTIANI, D.
I *Theologiae practicae partem I* d. Mart. h. XI et XII d. Iou. et Ven. h. XI exponet,
II *Lutheri catechismum* d. Iou. et Ven. h. XII explicabit,
III in seminario theologico *Exercitationes homileticas et catecheticas* d. Merc. h. XI et XII moderabitur.

ALEXANDER AB OETTINGEN, D.
I *Dogmaticae partem I* d. Mart. Iou. Ven. Sat. h. X et d. Merc. h. VIIII tradet,
II *Pauli epistulam ad Romanos* d. Mart. Ven. Sat. h. VIIII interpretabitur,
III in seminario theologico *Quid I. Kantio de religione placuerit* hora postea definienda exponet.

MAVRICIVS AB ENGELHARDT, D.
I *Historiae ecclesiasticae partem primam* d. Mart. Iou. Ven. Sat. h. XI enarrabit,
II *Encyclopaediam theologicam* d. Iou. Ven. Sat. h. XII tradet,
III in seminario theologico *Exercitationes ad historiam ecclesiasticam spectantes* d. Lun. h. XII moderabitur.

II. PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORDINARII.

GVILELMVS VOLCK, D. philos.
I *Theologiam biblicam Veteris et Noui Testamenti* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. VIII tradet,
II *Syntaxim linguae hebraicae* d. Merc. h. III,
III *Grammaticam chaldaicam* semel p. h. docebit,
IIII *Linguam sanscritam* semel p. h. docere perget.

III. DOCTORIS PVBLICI.

IOANNES LVETKENS, Mag. theol.
Historiam dogmatum d. Lun. Merc. Iou. Ven. h. IIII tradet.

II. SCHOLAE ORDINIS IVRE CONSVLTORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

CAROLVS AB RVMMEL, D. Decanus
I *Historiam iuris prouinciarum balticarum* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VIIII,
II *Processus ciuilis earundem prouinciarum partem I* eisdem diebus h. X exponet.

VICTOR ZIEGLER, D.
I *Institutiones iuris romani* d. Lun. Mart. Merc. h. VIIII et d. Iou. h. VIII et VIIII,
II *Historiam iuris romani* d. Lun. Mart. Merc. h. VIII,
III *Iuris prudentiam conparatiuam* d. Lun. h. IIII et V d. Mart. h. V tradet.

OTTOMARVS MEYKOW, D.
I *Historiam iuris germanici* d. Lun. h. XII d. Mart. et Merc. h. X enarrabit,
II *Ius germanicum priuatum* d. Mart. Merc. Iou. h. XII exponet,
III *Pandectarum locos controuersos* bis p. h. tractabit.

AVGVSTVS BVLMERINCQ, D.
I *De iure gentium* d. Lun. Mart. Merc. h. VI disseret,
II *Mercaturae nauigationis cambiorum ius commune rossicum balticum* d. Lun. Merc. Ven. h. XI exponet.

IOANNES ENGELMANN, Mag.
I *Ius rossicum priuatum* d. Mart. Merc. Iou. h. IIII d. Ven. h. IIII et V,
II *Ius politiae rossicum* d. Ven. h. XII tradet,
III *Historiam iuris criminalis rossici* d. Merc. et Iou. h. V enarrabit.

II. DOCTORIS PVBLICI.

OSWALDVS SCHMIDT, Mag.
I *Encyclopaediam et methodologiam iuris* d. Lun. Mart. Ven. h. IIII tradet,
II *Artem referendi et decernendi iuridicam* docebit et *exercitationes de processu ciuili* d. Merc. h. IIII et d. Iou. h. IIII et V instituet.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

RVDOLPHVS BVCHHEIM, D. Decanus
I *Materiam medicam* quotidie h. XI docebit,
II *Encyclopaediam et methodologiam disciplinarum medicarum* d. Iou. h. X tradet.

GEORGIVS ADELMANN, D.
I *De oculorum morbis* d. Mart. Merc. Iou. Ven. h. IIII disseret,
II *Exercitationes chirurgicas et ophthalmiatricas clinicas ambulatorias* quotidie h. VIIII media moderabitur.

FRIDERICVS BIDDER, D.
Physiologiae hominis partem I quotidie h. VIIII tradet et experimentis ac demonstrationibus microscopicis inlustrabit.

GVIDO AB SAMSON-HIMMELSTIERN, D.
I *Hygieinen publicam et politiam medicam ciuilem* d. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VI tradet,
II *Anthropologiam et medicinam forensem* in usum studiosorum iuris d. Mart. Iou. Sat. h. XI exponet,
III *Practicum medicum forense* d. Merc. et Ven. h. V instituet,
IIII *Clinicen in nosocomio urbico* quotidie h. XII moderabitur.

CAROLVS CLAVS, D.
I *Pharmaciam* in usum studiosorum medicinae d. Iou. Ven. Sat. h. XI tradet,
II *Chemiae pharmaceuticae partem II* in usum pharmaciae studiosorum d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. VIIII docebit,
III *Exercitationes chemicas analyticas* cum medicinae et pharmaciae studiosis d. Mart. et Ven. h. II instituet.

ERNESTVS REISSNER, D.
I *Anatomiae descriptiuae partem I* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. XII,
II *Histologiam* d. Lun. h. XI et XII et d. Merc. h. XI tradet.

GEORGIVS AB OETTINGEN, D.
I *Exercitationes chirurgicas et ophthalmiatricas clinicas stationarias* quotidie h. X media,
II *Cursum operationum chirurgicarum* quotidie h. IIII instituet.

IOANNES AB HOLST, D.
I *Artem obstetriciam* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. X docebit,
II *Exercitationibus clinicis obstetriciis et gynaecologicis* quotidie h. XI praeerit.

VICTOR WEYRICH, D.
Exercitationes clinicas therapeuticas et stationarias et ambulatorias quotidie hora VIII ad VIIII mediam moderabitur.

ADOLPHVS WACHSMVTH, D.
I *Pathologiae et therapiae specialis partem I* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. XII,
II *Therapiam generalem* d. Sat. h. XII docebit,
III *Exercitationibus therapeuticis policlinicis* quotidie h. IIII praeerit.

ARTHVRVS BOETTCHER, D.
I *Anatomiam pathologicam* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. IIII tradet,
II *De epizootiis* d. Lun. h. VI disseret,
III *Exercitationes anatomicas pathologicas* semel p. h. instituet.

II. PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORDINARII.

CAROLVS KVPFFER, D.
I *Anatomiae hominis descriptiuae partem II* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. VIII docebit,
II *Exercitationibus anatomicis* quotidie h. II et III praeerit.

III. DOCTORVM PVBLICORVM ET PRIVATORVM.

GVSTAVVS REYHER, D.
I *Propaedeutices clinicae partem II*, quae *de ophthalmoscopia laryngoscopia* al. est, d. Lun. Merc. Ven. h. IIII tradet,
II *De morbis cordis et uasorum sanguiniferorum* d. Mart. Iou. Sat. h. IIII disseret.
HENRICVS SAHMEN, D.
in *Exercitationibus policlinicis moderandis* Wachsmuthium professorem sueto more adiuuabit.
LVDOVICVS STIEDA, D.
I *De hominis parasitis* d. Mart. Merc. Iou. h. II disseret,
II *Practicum histologicum* priuatissime instituet,
III *Diagnosticen chemicam et microscopicam* priuatissime docebit.
ALEXANDER SCHMIDT, D.
De materiarum in animalibus uicissitudine d. Mart. h. XI disseret.
IOANNES WAGNER, D.
Anatomiam topographicam d. Mart. Iou. Sat. h. XI docebit.
ERNESTVS BERGMANN, D.
Chirurgiae partem II d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. III tradet.

FRIDERICVS BECKMANN, Mag. philos., Apothecarius doctus
I *Propaedeuticen pharmaceuticam mathematicam* quotidie h. VIII docebit,
II *Practicum chemicum pathologicum* d. Lun. et Merc. h. II et III,
III *Practicum chemicum forense* d. Sat. h. II,
IIII *Practicum chemicum pharmaceuticum* d. Mart. et Iou. h. II et III instituet.

IIII. SCHOLAE ORDINIS HISTORICORVM ET PHILOLOGORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

CAROLVS SCHIRREN, D. Decanus
I *Historiae Rossiae partem I* d. Mart. Merc. Iou. h. XI,
II *Historiam et theoriam disciplinarum statisticarum* eisdem diebus h. XII enarrabit.
MICHAEL ROSBERG, D.
I *Scriptores rossicos saeculi XVIIII* d. Lun. Merc. Ven. h. VI interpretabitur,
II *Historiae litterarum rossicarum saeculi XVIIII partem II* d. Iou. et Ven. h. V et Sat. h. XII enarrabit,
III *Exercitationes rossice scribendi* d. Mart. et Iou. h. VI instituet.
LVDOVICVS STRVEMPELL, D.
I *Logicen* d. Lun. Iou. Ven. h. VIIII docebit,
II *Metaphysicen* d. Lun. Merc. Iou. h. V tradet.
THEODORVS GRASS, D.
I *Oeconomiae publicae partem II* d. Lun. Mart. Iou. h. X et d. Merc. h. V et VI tradet,
II *Exercitationes de rebus cameralibus* d. Ven. h. VI et VII moderabitur.

CAROLVS RATHLEF, D.
I *Historiae uniuersalis partem II* d. Lun. Mart. Merc. h. IIII et d. Iou. h. IIII et V,
II *Historiam Britanniae* d. Lun. Mart. Merc. h. V enarrabit.
CAROLVS PAVCKER, Mag.
I *De re metrica poetarum graecorum et latinorum* d. Merc. h. III et d. Sat. h. XII disseret,
II *Ciceronis epistulas selectas* d. Mart. Merc. Ven. h. XII explicabit,
III *Platonis Phaedonem* d. Ven. h. IIII interpretandum curabit.
LVDOVICVS SCHWABE, D.
I *Encyclopaediam et methodologiam philologicam* d. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VIIII tradet,
II *Thucydidis historiam belli peloponnesiaci* d. Mart. Merc. Iou. h. X interpretabitur,
III *Disputandi exercitationes* d. Ven. h. X instituet.

II. DOCTORIS PVBLICI.

HERMANNVS GRAFF, Mag.
I *Historiam philologiae* d. Iou. h. III et Sat. h. XI tradet,
II *Sallustii Catilinam* d. Lun. h. XII Merc. et Iou. h. XI explicabit.

V. SCHOLAE ORDINIS PHYSICORVM ET MATHEMATICORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

CAROLVS SCHMIDT, D. Decanus
I *Chemiae generalis partem II* d. Lun. Mart. Merc. h. X,
II *Chemiam technicam* d. Iou. Ven. Sat. h. X,
III *Chemiam physiologicam et pathologicam* d. Lun. Mart. Merc. h. IIII tradet,
IIII *Exercitationibus analyticis et experimentis practicis* quotidie h. XI praeerit,
ALEXANDER BVNGE, D.
I *Botanicen uniuersalem* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. VIII tradet,
II *De plantarum familiis selectis* d. Merc. et Sat. h. VIIII disseret,
III *Exercitationes plantarum definiendarum* d. Mart. et Ven. h. IIII instituet.
HENRICVS MAEDLER, D.
I *Astronomiam sphaericam* d. Lun. et Merc. h. V,
II *Astrognosiam* d. Ven. h. V,
III *Astronomiam physicam* d. Lun. Merc. Ven. h. IIII exponet.
LVDOVICVS KAEMTZ, D.
I *Physicae partem I* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. XI,
II *Geographiae physicae partem I* d. Lun. Mart. Merc. h. XII tradet.
FERDINANDVS MINDING, D.
I *Theoriam aequationum ordinum superiorum* d. Lun. Mart. Merc. h. X,
II *Theoriam machinarum* eisdem diebus h. XI,
III *Doctrinam superficierum curuarum* d. Iou. h. X exponet,
IIII *De integratione aequationum differentialia partialia continentium* d. Iou. et Ven. h. XI disseret.

ALEXANDER PETZHOLDT, D.
I *De re pecuaria* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. XI disseret,
II *Encyclopaediam rerum foresticarum* d. Lun. Mart. Merc. h. XII tradet,
III *Exercitationes solum chemice explorandi* quotidie instituet.

PETRVS HELMLING, D.
I *Calculum uariationum* d. Lun. Mart. Merc. h. VIII,
II *Trigonometriam* d. Iou. et Ven. h. VIII tradet,
III *De determinantibus* d. Iou. et Ven. h. VIIII disseret,
IIII *Exercitationes geometricas analyticas* d. Lun. Mart. Merc. h. VIIII moderabitur.

CONSTANTINVS GREWINGK, D.
I *Mineralogiam uniuersalem* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. XII,
II *Crystallographiam* bis p. h. horis postea definiendis docebit.

GVSTAVVS FLOR, D.
I *Anatomiam animalium quae arthrozoa malacozoa actinozoa protozoa uocantur comparativam* d. Lun. Mart. Merc. h. VIIII docebit,
II *De ganoideis et plagiostomis* d. Lun. Mart. Merc. h. X disseret.

MATTHIAS SCHLEIDEN, D.
Anthropologiam d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VI docebit.

II. DOCTORIS PVBLICI.

ARTHVRVS AB OETTINGEN, Mag.
Opticen d. Merc. h. II et III et d. Iou. h. IIII et V docebit.

CAROLVS RATHHAVS, Academiae socius,
per tres priores anni menses
I *Elementa architecturae* in usum studiosorum rei rusticae d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. III tradet,
II *Exercitationibus architectonice et geometrice delineandi* d. Lun. et Iou. h. XII et I praeerit.

VI. SCHOLAE PROFESSORIS THEOLOGIAE ORTHODOXAE GRAECAE.

PAVLVS ALEXEIEW, Mag.
I *Historiam biblicam et ecclesiasticam* d. Lun. Mart. Merc. h. IIII,
II *Theologiam moralem* diebus eisdem h. V tradet.

VII. SCHOLAE PRAECEPTORIS RELIGIONIS CATHOLICAE.

CASIMIRVS SOROCZYNSKI
Doctrinam fidei d. Merc. et Ven. h. VI exponet.

VIII. SCHOLAE LECTORVM LINGVARVM RECENTIORVM.

CAROLVS MICKWITZ
I *Doctrinam formarum linguae estonicae* d. Merc. h. II tradet,
II *Exercitationes loquendi et scribendi estonice* d. Merc. h. III instituet.

HERMANNVS CLEMENZ
I *Doctrinam formarum linguae letticae* d. Mart. h. III exponet,
II *Exercitationes loquendi et scribendi lettice* d. Ven. h. IIII instituet.

AVGVSTVS RIEMENSCHNEIDER
I *Historiam litterarum germanicarum antiquarum* d. Iou. h. III enarrabit,
II *Exercitationes orandi germanice* d. Lun. h. III instituet.

AVGVSTVS SAGET
I *Syntaxim linguae francogallicae* d. Mart. h. V docebit,
II *Exercitationes loquendi et scribendi francogallice* d. Ven. h. V instituet.

GVSTAVVS SCHEFFLER
I *Exercitationes e rossica in germanicam linguam uertendi* d. Lun. Mart. Merc. Iou. h. V,
II *Exercitationes scribendi rossice* d. Ven. et Sat. h. V instituet.

VIIII. EXERCITATIONES ARTIVM.

WOLDEMARVS KRVEGER, Academiae socius,
Artem delineandi d. Lun. et Iou. h. II.

FRIDERICVS BRENNER
Artem musicam d. Lun. h. VII–X uespertinis

GEORGIVS KNIGGE
Artem arma tractandi docebunt.

CAROLVS BRVECKER
Operum mechanicorum magistrum se offert.

X. INSTITVTA ET SVBSIDIA DOCTRINAE PVBLICA.

De Seminario theologico sub nominibus professorum ordinis theologici ordinariorum dictum est. de quo qui plura cognoscere cupiunt studiosi, eis KVRTZ h. t. decanus adeundus est.

Nosocomii academici parti alteri *therapeuticae* WACHSMVTH et WEYRICH, *chirurgicae* autem alteri ADELMANN et G. AB OETTINGEN praesunt.

Aedibus obstetriciis HOLST praefectus est.

In *Nosocomio urbico* exercitationes SAMSON instituet.

Bibliotheca uniuersitatis d. Lun. Mart. Iou. Ven. h. X–II, d. Merc. et Sat. h. X–XII et II–IIII patebit.

Museo artium SCHWABE, *Museo antiquitatum balticarum* SCHIRREN, *Speculae astronomicae* MAEDLER, *Apparatui mathematico* MINDING, *physico* KAEMTZ, *chemico* C. SCHMIDT, *oeconomico et technologico* PETZHOLDT, *Instituto pharmaceutico* CLAVS, *Collectioni mineralogicae* GREWINGK, *zoologicae* FLOR, *Horto botanico* BVNGE, *Apparatui pharmacologico* BVCHHEIM, *Theatro anatomico* REISSNER, *Collectioni physiologicae* BIDDER, *pathologicae* BOETTCHER praepositi sunt.

II. INDEX SCHOLARVM PER SEMESTRE ANNI MDCCCLXIIII ALTERVM HABENDARVM.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

HENRICVS KVRTZ, D. Decanus
I *Archaeologiam biblicam* d. Lun. Mart. Merc. h. XI exponet,
II *Psalmos quinquaginta selectos* eisdem diebus h. XII explicabit,
III in seminario theologico *Exercitationes exegeticas* d. Merc. h. X moderabitur.

ARNOLDVS CHRISTIANI, D.
I *Theologiae practicae partem II* d. Mart. h. XI et XII d. Iou. et Ven. h. XII tradet,
II in seminario theologico *Exercitationes homileticas et catecheticas* d. Merc. h. XI et XII moderabitur.

ALEXANDER AB OETTINGEN, D.
I *Dogmaticae partem II* d. Lun. Mart. Iou. Ven. Sat. h. X et Merc. h. VIIII tradet,
II *Pauli ad Galatas et Iacobi epistulas* d. Mart. Iou. Ven. h. VIIII explicabit,
III in seminario theologico *Spinozae ethicen* hora postea indicanda exponet.

MAVRICIVS AB ENGELHARDT, D.
I *Historiae ecclesiasticae partem II* d. Merc. Iou. Ven. Sat. h. XI enarrabit,
II *Historiam sanctarum litterarum Noui Testamenti* d. Iou. Ven. Sat. h. XII exponet,
III in seminario theologico *Patrum ecclesiae graecorum libellos selectos* interpretandos hora postea definienda proponet.

II. PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORDINARII.

GVILELMVS VOLCK, D. philos.
I *Historiam biblicam Veteris Testamenti* d. Mart. Iou. Sat. h. VIII enarrabit,
II *Theologiam biblicam Noui Testamenti* d. Merc. et Ven. h. VIIII docere perget,
III *Grammaticam linguae arabicae* et
IIII *Linguam rabbinicam* singulis p. h. horis tradet.

III. DOCTORIS PVBLICI.

IOANNES LVETKENS, Mag. theol.
Symbolicen d. Lun. Mart. Iou. Ven. h. IIII exponet.

II. SCHOLAE ORDINIS IVRE CONSVLTORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

CAROLVS AB RVMMEL, D. Decanus
I *Ius magistratuum et ordinum prouinciarum balticarum* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. X tradet,
II *Processum ciuilem prouinciarum balticarum* d. Lun. et Mart. h. XI exponet.

VICTOR ZIEGLER, D.
I *Ius criminale commune* quinquies h. VIIII docebit,
II *Institutiones iuris romani* quinquies h. X tradet,
III *Historiam litterarum iuridicarum* d. Lun. Mart. Merc. h. V exponet.

OTTOMARVS MEYKOW, D.
I *Pandectarum partem I* d. Iou. Ven. Sat. h. XII,
II *Philosophiam iuris* d. Lun. Mart. Merc. h. XII exponet.

AVGVSTVS BVLMERINCQ, D.
I *Politiam* d. Lun. Mart. Merc. h. XI docebit,
II *Encyclopaediam disciplinarum ad rem publicam pertinentium* d. Iou. Ven. Sat. h. XI tradet.

IOANNES ENGELMANN, Mag.
I *Ius criminale rossicum* d. Mart. Merc. h. III et IIII et d. Iou. h. IIII docebit,
II *Processum ciuilem rossicum* d. Iou. h. V et d. Ven. h. IIII et V exponet.

II. DOCTORIS PVBLICI.

OSWALDVS SCHMIDT, Mag.
I *Encyclopaediam et methodologiam disciplinarum ad ius pertinentium* d. Lun. Mart. Merc. h. VIIII tradet,
II *Praxim extraiudicialem et communem et balticam* eisdem diebus h. XII exponet.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

RVDOLPHVS BVCHHEIM, D. Decanus
I *Artem formulas medicas concinnandi* d. Ven. h. XI docebit,
II *Diaeteticen* d. Lun. Mart. Merc. h. VIII tradet,
III *Historiam medicinae* eisdem diebus h. X enarrabit.

GEORGIVS ADELMANN, D.
I *Operationum chirurgicarum rationem atque artem* quinquies h. IIII docebit,
II *Clinicen chirurgicam et ophthalmiatricam ambulatoriam* quotidie hora VIIII media moderabitur.

FRIDERICVS BIDDER, D.
Physiologiae specialis partem alteram quotidie h. VIIII tradet et experimentis et demonstrationibus microscopicis inlustrabit.

GVIDO AB SAMSON-HIMMELSTIERN, D.
I *Medicinam forensem* d. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VI docebit,
II *Hygieinen militarem atque politiam medicam militarem* d. Ven. h. V tradet,
III *Exercitationes cadauera secandi* quoties fieri poterit instituet,
IIII *Exercitationes clinicas in nosocomio urbico* quotidie h. XII moderabitur.
ERNESTVS REISSNER, D.
I *Anatomiae descriptiuae partem alteram* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. XII tradet,
II *Anatomiam conparatiuam* d. Lun. h. XI et XII et d. Merc. h. XI docebit.
GEORGIVS AB OETTINGEN, D.
I *Exercitationes clinicas chirurgicas stationarias* quotidie h. X media et h. XI moderabitur,
II *De uisus uitiis* semel p. h. disseret.
IOANNES AB HOLST, D.
I *De mulierum morbis* d. Lun. Mart. Merc. h. X disseret,
II *Clinicen obstetriciam et gynaecologicam* quotidie h. XI moderabitur,
III *Exercitationibus in machina quae phantoma uocatur instituendis* d. Iou. Ven. Sat. h. X praeerit.
VICTOR WEYRICH, D.
I *Exercitationes clinicas therapeuticas et stationarias et ambulatorias* quotidie h. VIII ad VIIII mediam moderabitur.
II *De infantium morbis* ter p. h. h. IIII disseret.
ADOLPHVS WACHSMVTH, D.
I *Pathologiae et therapiae specialis partem II* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. XII tradet,
II *Exercitationibus policlinicis* quotidie h. IIII praeerit.
ARTHVRVS BOETTCHER, D.
I *Pathologiam generalem experimentis et demonstrationibus microscopicis inlustratam* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. X docebit,
II *Exercitationes histologicas pathologicas* quater p. h. instituet.

II. PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORDINARII.

CAROLVS KVPFFER, D.
I *Anatomiae hominis descriptiuae partem I* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. VIII tradet,
II *Exercitationes anatomicas* quotidie h. II et III moderabitur.

III. DOCTORVM PVBLICORVM ET PRIVATORVM.

GVSTAVVS REYHER, D.
I *Propaedeutices clinicae partem I* quae de arte auscultandi et percutiendi est, d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. IIII exponet,
II *De auxiliis quae in casibus subitis adhibenda sunt primis* d. Sat. h. IIII disseret,
III *Exercitationes laryngoscopicas ophthalmoscopicas alias* priuatissime instituet.
HENRICVS SAHMEN, D.
in *Exercitationibus policlinicis moderandis* Wachsmuthium professorem sueto more adiuuabit.

ERNESTVS BERGMANN, D.
I *De fracturis et luxaturis* d. Mart. Merc. Iou. h. V disseret,
II *Scholas clinicas syphilidologicas* d. Mart. et Ven. h. VIII et VIIII habebit.
LVDOVICVS STIEDA, D.
I *Anatomiam cerebri hominis et animalium uertebratorum* d. Ven. et Sat. h. II docebit,
II *Practicum histologicum* priuatissime instituet,
III *Diagnosticen chemicam et microscopicam* priuatissime tradet.
ALEXANDER SCHMIDT, D.
Experimentis physiologicis moderandis uacabit.

FRIDERICVS BECKMANN, Mag. philos., Apothecarius doctus
I *Chemiae pharmaceuticae partem I* quotidie h. VIIII docebit,
II *Pharmacognosiam* d. Iou. Ven. Sat. h. XI tradet,
III *Practicum chemicum pharmaceuticum* d. Mart. et Iou. h. II et III,
IIII *Practicum phytochemicum* d. Lun. et Merc. h. II et III,
V *Chemiae organicae repetitorium* d. Lun. Mart. Merc. h. XII instituet.

IIII. SCHOLAE ORDINIS HISTORICORVM ET PHILOLOGORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

CAROLVS SCHIRREN, D. Decanus
I *Historiae Rossiae partem alteram* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. XII enarrabit,
II *Exercitationes historicas* d. Lun. h. XI instituet.
MICHAEL ROSBERG, D.
I *Scriptores saeculi XVIII rossicos* d. Lun. Merc. Ven. h. VI interpretabitur,
II *Historiae litterarum rossicarum saeculi XVIII partem II* d. Iou. et Ven. h. V et d. Sat. h. XII tradet,
III *Rossice scribendi exercitationes* d. Mart. et Iou. h. VI moderabitur.
LVDOVICVS STRVEMPELL, D.
I *Psychologiam* d. Lun. Mart. Iou. Ven. h. V docebit,
II *Philosophiam religionis* d. Lun. Mart. Iou. h. VIIII tradet.
THEODORVS GRASS, D.
I *Encyclopaediam oeconomiae publicae* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Sat. h. X docebit,
II *Rem statisticam prouinciarum balticarum* d. Merc. Iou. Ven. h. VI exponet.
CAROLVS RATHLEF, D.
I *Historiae uniuersalis partem III* (*Historiam temporum recentiorum*) d. Lun. Mart. Merc. h. IIII et d. Iou. h. IIII et V enarrabit,
II *Practicum historicum* d. Ven. h. IIII—VII instituet.
CAROLVS PAVCKER, Mag.
I *Pindari carmina* d. Merc. et Iou. h. XII et d. Sat. h. XI interpretabitur,
II *Taciti Agricolam* d. Merc. et Iou. h. III explicabit,
III *Scriptores latinos* d. Sat. h. XII et d. Mart. h. V interpretandos curabit.

LVDOVICVS SCHWABE, D.
I *Doctrinam formarum linguarum graecae et latinae conparatiuam* d. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VIIII exponet,
II *Ex Plinii naturali historia excerpta quae ad artes spectant* d. Mart. Merc. Iou. h. X interpretabitur et imaginibus musei academici inlustrabit,
III *Exercitationes philologicas* d. Ven. h. X moderari perget.

II. DOCTORIS PVBLICI.

HERMANNVS GRAFF, Mag.
Historiam litterarum romanarum d. Lun. h. XII d. Merc. Iou. Ven. h. XI et Ven. h. III enarrabit.

V. SCHOLAE ORDINIS PHYSICORVM ET MATHEMATICORVM.

I. PROFESSORVM PVBLICORVM ORDINARIORVM.

CAROLVS SCHMIDT, D. Decanus
I *Chemiae generalis partem I* quotidie h. X docebit,
II *Chemiam analyticam* quotidie h. XII tradet,
III *Exercitationibus analyticis et experimentis practicis* in laboratorio quotidie h. XI praeerit.

ALEXANDER BVNGE, D.
I *Botanicen pharmaceuticam* d. Iou. Ven. Sat. h. VIIII tradet,
II *Botanicen ad rem rusticam et siluaticam spectantem* eisdem diebus h. XII docebit,
III *Exercitationes plantas explicandi et definiendi* d. Merc. et Sat. h. IIII moderabitur.

HENRICVS MAEDLER, D.
I *Geographiam mathematicam et chronologiam* d. Lun. Merc. Ven. h. IIII exponet,
II *Astronomiam theoreticam* eisdem diebus h. V tradet.

LVDOVICVS KAEMTZ, D.
I *Physicae partem II* d. Lun. Mart. Merc. h. XI exponet,
II *Geographiae physicae partem II* eisdem diebus h. XII tradet.

FERDINANDVS MINDING, D.
I *Geometriam analyticam elementariam* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. X,
II *Staticen* d. Lun. Mart. Iou. Ven. h. XI exponet,
III *Exercitationes gromaticas* d. Merc. h. III et IIII instituet.

ALEXANDER PETZHOLDT, D.
I *Encyclopaediam agricolationis* d. Lun. et Mart. h. XI et XII et d. Merc. h. XI tradet,
II *Historiam agri culturae* d. Merc. h. XII enarrabit,
III *Disquisitiones agronomicas chemicas* d. Iou. Ven. Sat. h. X—I moderabitur.

PETRVS HELMLING, D.
I *Calculum differentialem* d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. VIII docebit,
II *Exercitationes de calculo differentiali ad geometriam analyticam et ad methodum quadratorum minimorum adplicando* d. Lun. Mart. Merc. h. VIIII instituet,
III *Trigonometriam sphaericam ad problemata uaria adplicatam* d. Iou. h. VIIII tradet.

CONSTANTINVS GREWINGK, D.
I *Palaeontologiam* d. Mart. Merc. Iou. Ven. Sat. h. XII tradet,
II *Exercitationes de mineralium saxorum petrefactorum generibus definiendis* ter p. h. h. XI instituet.

GVSTAVVS FLOR, D.
Zoologiam generalem d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. III et d. Iou. h. XII docebit.

MATTHIAS SCHLEIDEN, D.
I *Historiam anthropologiae* quinquies h. VI docebit,
II *Plantarum physiologiam* quater p. h. tradet.

II. DOCTORIS PVBLICI.

ARTHVRVS AB OETTINGEN, Mag.
Exercitationes de rebus quae ad doctrinam electricitatis spectant practicas d. Mart. et Iou. IIII et V instituet.

CAROLVS RATHHAVS, Academiae socius,
per tres posteriores anni menses
I *Elementa architecturae* in usum studiosorum rei rusticae d. Lun. Mart. Merc. Iou. Ven. h. III tradet,
II *Exercitationibus architectonice et geometrice delineandi* d. Lun. et Iou. h. XII et I praeerit.

VI. SCHOLAE PROFESSORIS THEOLOGIAE ORTHODOXAE GRAECAE.

PAVLVS ALEXEIEW, Mag.
I *Historiam ecclesiasticam a temporibus Constantini Magni* d. Lun. Mart. Merc. h. IIII,
II *Theologiam dogmaticam* diebus eisdem h. V tradet.

VII. SCHOLAE PRAECEPTORIS RELIGIONIS CATHOLICAE.

CASIMIRVS SOROCZYNSKI
Doctrinam morum d. Merc. et Ven. h. VI exponet.

VIII. SCHOLAE LECTORVM LINGVARVM RECENTIORVM.

CAROLVS MICKWITZ
I *Syntaxim linguae estonicae* d. Merc. h. II tradet,
II *Exercitationes loquendi et scribendi estonice* d. Merc. h. III instituet.

HERMANNVS CLEMENZ
I *Doctrinam formarum linguae letticae* d. Mart. h. III exponet,
II *Exercitationes loquendi et scribendi lettice* d. Ven. h. IIII instituet.

AVGVSTVS RIEMENSCHNEIDER
I *Carmina selecta poetarum saeculi XII et XIII germanicorum* d. Iou. h. III enarrabit,
II *Exercitationes scribendi germanice* d. Lun. h. III instituet.

AVGVSTVS SAGET
I *Syntaxim linguae francogallicae* d. Mart. h. V docebit,
II *Exercitationes loquendi et scribendi francogallice* d. Ven. h. V instituet.

GVSTAVVS SCHEFFLER
I *Exercitationes e rossica in germanicam linguam uertendi* d. Lun. Mart. Merc. Iou. h. V,
II *Exercitationes scribendi rossice* d. Ven. et Sat. h. V instituet.

VIIII. EXERCITATIONES ARTIVM.

WOLDEMARVS KRVEGER, Academiae socius,
Artem delineandi d. Lun. et Iou. h. II
FRIDERICVS BRENNER
Artem musicam d. Lun. h. VII—X uespertinis
GEORGIVS KNIGGE
Artem arma tractandi docebunt.

CAROLVS BRVECKER
Operum mechanicorum magistrum se offert.

X. INSTITVTA ET SVBSIDIA DOCTRINAE PVBLICA.

De Seminario theologico sub nominibus professorum ordinis theologici ordinariorum dictum est. de quo qui plura cognoscere cupiunt studiosi, eis KVRTZ h. t. decanus adeundus est.

Nosocomii academici parti alteri *therapeuticae* WACHSMVTH et WEYRICH, *chirurgicae* autem alteri ADELMANN et G. AB OETTINGEN praesunt.

Aedibus obstetriciis HOLST praefectus est.

In *Nosocomio urbico* exercitationes SAMSON instituet.

Bibliotheca uniuersitatis d. Lun. Mart. Iou. Ven. h. X—II, d. Merc. et Sat. h. X—XII et II—IIII patebit.

Museo artium SCHWABE, *Museo antiquitatum balticarum* SCHIRREN, *Speculae astronomicae* MAEDLER, *Apparatui mathematico* MINDING, *physico* KAEMTZ, *chemico* C. SCHMIDT, *oeconomico et technologico* PETZHOLDT, *Instituto pharmaceutico* BVCHHEIM, *Collectioni mineralogicae* GREWINGK, *zoologicae* FLOR, *Horto botanico* BVNGE, *Apparatui pharmacologico* BVCHHEIM, *Theatro anatomico* REISSNER, *Collectioni physiologicae* BIDDER, *pathologicae* BOETTCHER praepositi sunt.
